

intimo^o fuit affectu susceptus. Verum quia dei occulto iudicio
 Coloniensis ecclesie obprobrium nondum fuerat^o exinanitum, sed
 supererat,^o ut de fere eiusdem liberent peccatores,^o votis contraria suc-
 cesserunt. Nam cum idem dominus Engelbertus propter preterita mala
 et nunc in nova sua translatione propter expensas apud Romanam
 curiam imminentes invenisset ecclesiam necessariis rebus omnino
 exhaustam, surgentibus quoque circa principium sui regiminis
 pluribus sibi guerris, compulsus est de alieno ere necessitatibus
 ecclesie subvenire, propter quod plura prioribus debitis accumulans^o
 ipse castra et fortalicia ecclesie et possessiones, quaecunque superfu-
 erant libera, in creditorum manibus obligavit. Porro in sui regi-
 minis principio ~~tem~~ fortiter agens, cum⁺ communitates^o et villarum
 et opidorum ecclesie propter colligationes^o, quas inter se fecerant,
 iam inceperant^o contra iura et superioritatem archiepiscopi fortiter
 superbire, idem dominus Engelbertus creavit novum castrum infra
 opidum Lys^o et fortiter communitavit, per quod scilicet ipse frangeret^o
 superbiam dictarum communitatum, ne per transitum Reni possent
 ad invicem se iuvandum libere^o convenire. Ubi quidem dum ipse
 consisteret cum exercitu ad munitionem dicti castri, dicte^o com-
 munitates videntes se non posse resistere potentie archiepiscopi,
 compulsi sunt^o renunciare conspirationibus et colligationibus^o,
 quas ad^o invicem fecerant, et liberas super illis confectas ipsi^o
 dominus Engelberto in manus dare et in ipsorum^o presencia in
 scandalum eorundem et confusionem lacerare. Tandem idem domi-
 nus^o Engelbertus debitis et expensis gravatus, cum esset vir plane
 sincerus et de suo ingenio circa agibilia non multum acutus,

+ presertim cum communitates villarum seu opidorum ecclesie
 spe inani ad libertatem plebeiam anhelantes quasdam inter se conspiraciones contra
 obedienciam ecclesie debitam attemptassent, idem dominus Engelbertus etc. cod. 5.

o) sic magn. thron. Belgicum; vicino cod. p) fuit 4. 4. 4. q) superbierat 1. r) subditi pecc. 5.

s) accumulans 4. 4. 4. t) comitates 4. 4. 4. u) obligaciones 1. 2. v) ceperant 2. w) Lysas 1. x) libere deest 2.

y) dicte deest 4. 4. 4. z) se 1. a) obligat. 4. 4. 4. b) ad deest 4. 4. 4. c) ipsos 1. d) ipsius 4. 4. 4. e) dictus 4. 4. 4.

Ps. 74, 9

dipl. 1.
23. ap.
Blot. III.

711 v. dipl. archiepiscopi dat.
1365 iul. 31 ap. Lac. III, 581.

727 cf. instrum. pacis dat. 1365
dec. 22 ap. Lac. III, 583.